



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis

Florentius <Batavus>

Antverpiae, 1551

Tractatvs Qvartvs de quaerenda & conseruanda sanitate animae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30077

TRACTATUS QVARTVS
de quærenda & conseruanda
sanitate animæ.

Quomodo contendere debemus vt promoueamus
& perueniamus ad diuinum amorem & ad gustum
spiritus diuini. CAPVT. I.



Vum iã ea quæ ad corporis pro
bè gubernandi institutionē per-
tinent tradiderimus restat vt de
omnia rectè gubernandi, deq; vi-
ua ipsius sanitate seruanda non-
nulla dicamus: eo videlicet ordine quo De-
us prius formauit hominem de limo terræ, *Gen. 2. 6.*
& postea inspirauit in faciem eius spiraculū
vitæ, quo factus est homo in animam viuē-
tem. Hic ergo sciendū quod sicut anima ad
vitam necessaria est ipsi corpori, ita piè vi-
uere volenti Spiritus & amor diuinus ne-
cessarius ipsi animæ. Itaq; Spiritus siue vita
animæ est ipse Deus siue charitas, quia sine
ea mortua est, nec meritorias exercet opera-
tiones. Nam vt cōtingere possit quod quis-
piam temperatè corpus foueat, & modestè
conuersetur, linguam ac sensus à noxijs re-
trahat, vt à philosophis permultis morali-
ter bonis factū est, Deo tamē placere haud
quaquam potest. Intelligat ergo quisq; non
sat

SANITATE ANIME.

Sat esse corpus bene instituisse, nisi maxima
 cura animæ seruandæ, & feruidæ charitati
 parandæ adhibeatur, ad hanc rem veluti ad
 vnicum scopum omne studium dirigendo.
 Neq; quisq; sat sibi esse ducat si primū ali-
 quem adsequutus sit pietatis seu charitatis
 gradum nisi etiam omni cura pro profectu
 eiusdem laboret crescatq; indies, nihil non
 tentando, omnia arripiendo, nec vsq; quies-
 cendo. Et quamuis interim parum fortasse
 incrementi accipiat, non deiciatur, quum
 in nouitio voluntas & desiderium profici-
 endi pro profectu reputetur, & ipsa suffici-
 at, tantum ne torpescat ille feruor. Porro
 vt ad illum se disponere per prædicta sta-
 tus est ipsius, ita etiam hanc inchoare, quo
 tandem ad secundum statum perueniat pro-
 ficientium, ipsum incipientium hortatur no-
 men. Itaq; Deo appropinquare gestiât, nil
 præter ipsum cupiens cogitare aut loqui,
 perfectorum vitam à longè emulando: vt
 pueri solent qui quicquid ab alijs fieri vidēt
 gestiunt imitari. Vndecunq; autem potest
 media & adminicula sibi mendicet per quæ
 in sese scintillas excitare possit pñ amoris,
 quibus cordis carnalis feces exurat: & Do-
 mino modicum aliquod habitaculum præ-
 paret. Multum enim in huiusmodi pijs in-
 cipientium

cipientiū studijs delectatur Dominus, sunt
 que prosperi profectus quasi quēdam præ-
 nuncia . Studeat etiam cum Axa filia Ca- Jud. 1. e.
 leph à patre petere benedictionem, & qua-
 si insidens asino, hoc est vexatus bestialibus
 motibus passionum & affectuum, suspirijs
 & gemitibus petat crebrius, laboreq; quā-
 tum finit paupertas pro irriguo inferiori &
 superiori : vel vt cum Esau in pinguedine Gen. 27. d.
 terre & in rore cœli desuper mereatur be-
 nedici. Nam Axa prius terram arentem
 acceperat, nimirum siccam ipsam vo-
 luntatem, siue charitatis, qua et si salu-
 tis sit filius, multa tamen adhuc sterilitate
 tabescit, vt non quod vult agat bonum, sed
 quod odit faciat malum . Nam re vera Ro. 7. e.
 quam diu non hac ditari inceperit benedi-
 ctione, in regione vmbrae mortis habi-
 tabit, terraque spinas & tribulos germi-
 nabit. Vna enim hæc penè est causa, quod
 quum tot repleta sint monasteria religiosi,
 tam pauci sunt qui sapiunt quæ spiritus
 sunt siue religionis quodque tam multi cor-
 de redeant in ægyptum, nimirum quia hac
 carent benedictione, quia cum filijs Israel
 manna non eis sapit nec gustum habent vi- Num. 21. d.
 tæ spiritualis, atq; ob id in antiquū recidunt
 chaos

chaos miseræ. Quod vero hunc gustū non habeat causa est, quia quum nec ipsi sciant quid facere debeant, nec alij ipsos doceant, sine exercitijs manent spiritualis vitæ, focū piæ voluntatis nullis fouentes carbonibus. Vnde & accidit nouitium frigescere, & vix vnquam in feruore aliquem permanere. Similiter contingit & secularibus, qui quantumuis piū arripiant propositum, statim tamen recidunt, propterea quod non aduertant omni diligentia huiusmodi gratiam custodiendam esse & nutriendam, ob calliditatem inimici, & propriam infirmitatē. Nōne videmus virentē arbusculam primo plantatam continuo arefcere, si non iugiter irrigetur? Et quomodo propositum nostrū stabit, si non vigilemus orando legendo meditando, & horum nos consuetudine ceu funibus quibusdam constringendo, donec paulatim & vetus noster homo corrūpatur, veteraq; planē incipiant nobis desipere: & quasi de frumentis terræ promissionis quodā iam accepto gustu, noua faciant corda, voces & opera.

Quod terrena omnia & maxime parentes, & amici carnales sint contemnendi. Cap. 2.

Oportet autem eum qui spiritu vult crescere, vel debitè eū excolere, summo opere

moperere vigilare vt carnis affectum mortifi-
 cet, ne si ipſius ſequatur motus (ſemper e-
 nim caro ſpiritu contrariatur) in vanum la-
 boreſ. Carnem appello carnis parentes ami-
 cos & mundum: qui omneis (vt Dominus
 monet eos relinquendos) ferè habendi ſunt
 quaſi ſpiritus inimici. Quū enim ipſi de ter-
 ra ſint, & ſpiritus de cœlo, qui ſpiritū vult
 colere à terra oportet peregrinetur per af-
 fectū. Quicquid enim in terra eſt inquinat
 execat grauat & alienat à Deo: ſicut re ve-
 ra totum alienum eſt à Deo. Spiritus autē de
 cœlo exiſtens non poteſt viſcere aut vige-
 re niſi in ſua patria & apud ſuos ciues, &
 præcipuè apud Patrē qui in cœlis eſt, vt poſſit
 dicere, Noſtra cōſeruatio in cœlis eſt, nē Phil. 3. d.
Col. 3. a.
 pe affectu, iuxta quod apoſtolus monet di-
 cens, Si cōſurrexiſtis cū Chriſto quæ ſurſum
 ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei
 ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite non quæ ſu-
 per terrā. Sapere autem ea nemo poteſt niſi
 qui palatū ab alieno & noxio ſapore libera-
 uerit. Vnde magnā cauſam eſſe puto quod
 tā pauci ſapiant, vel apti ſint ſapere quæ ſur-
 ſum ſunt, quia nemo peregrinari vult per-
 ſectè à terra propter inditū amorē & pro-
 pinquitatē ipſius naturæ & occultationē ce-
 leſtiū. Nā ſi nobilitatē ſpiritualium honorū

vel æternorū videremus aut tangeremus,
 vt hæc sensibilia, facilius traheremur ad fa-
 stidienda terrena & caduca. Similiter si gu-
 stassemus verè suauitatē Dei & complexus
 spiritualis facilè mūdanas siue externas has
 consolatiunculas relinqueremus. Sed quid
 agimus miseri, si secundum sensum ambula-
 re & iudicare volumus? Vt quid christiani
 dicimur, si non secundum fidē & instructio-
 nē dogmatis christiani ambulamus? Quod
 sensui deest fides deberet supplere, quū sen-
 sui ipso longè certior sit, vtpote per quam
 omneis sancti vicerunt regna, operati sunt
 iustitiam, adepti sunt repromissiones, vt ait
 apostolus multos eorum commemorans.

Heb. 11. f.

Quorum si volumus ditari felicitate succes-
 sus spiritualis & hæreditatis æternæ oportet
 sensus iudicia supergrediamur, fidei vir-
 tute actūq; ipsos in fidei obsequium capti-
 uantes, fidei etiam summo studio cupientes
 augmentum vna cum apostolis dicendo.

Luc. 17. a.

Domine adauge nobis fidem: quando quidē
 ex ipsius magnitudine totius ædificationis
 spiritualis felicitas procedit. Ipsa cogit om-
 nia relinquere: ipsa dat potiora sperare: dat
 his presentibus & temporalibus quæ vidē-
 tur, æterna quæ nō vidētur antepondere: dat
 infirmis solida præferre: dat mundi oblecta-
 mentis

mentis præponere spiritualia, quæ hic inci-
piunt & futuro consummantur: dat ignobi-
libus præferre nobilissima, vt parētibus car-
nis parentes spiritus: qui tanto nobiliores
sunt quanto spiritus excellere noscitur car-
nem. Sed vt spiritus noster sese in altū tolle-
re, & à visibilibus his volare possit ad inui-
sibilia duabus opus habemus alis, nēpe intel-
lectu atq; affectu: quarū priorē adiuuat fi-
des, alteram excitat charitas, qua Deum cu-
pit, & ipsi appropinquare gestit spiritu, quū
carne nequeat. Qui harū altera caret, & se
non æque in vtracq; exercet aut in volando
deficiat, aut in terra necesse est maneat, vt-
pote infirmus spiritu: qui quanto terræ ma-
gis appropinquat & inhæret, eo fit infirmi-
or: sicut contra quo ab eo magis elongatur,
eo magis roboratur. Relinquantur ergo & Gen. 19. et
sancto quodā odio spiritus cōtemnātur pa-
rētes & carnales quicq; amici, quū eis affectu
carnis adhærere, sit cum vxore Loth retro
spicere, & ob amorē eorū à sequela Christi
tardari sit Christum negare. Nolite quæso
quos semel abnegastis repetere: quū simul
& spiritu proficere, & eorū cōsolationibus
recreari nō possitis. Ne quæso eorū affecti-
bus pareatis, Dominum Iesum nolite con-
tristare, si in iudicio Dei non vultis confun-
di. Nolite eorum blandas audire voces, aut
B b ij magnificere

SANITATE ANIMAE.

magnifacere affectus, qui vocē Domini au-
 ditis intus, vt fugiatis de medio Babylonis.
 Fallaciam enim loquuntur & dolū. Nolite
 etiā eorum munerā aspicere, ne bonis priue-
 mini internis. His enim & similibus retibus
 capiuntur pisces electi ē viuatio cœli, ipsius
 arte diaboli, qui nouit nullū esse aliud viscū
 efficacius quam est amor carnis, vtpote qui
 directē amori opponatur spiritus. Sed Do-
 minus Iesus nō venit pacē mittere in terrā,
 sed gladiū: vt quicūq; eū sequi velit hoc bel-
 lū accipere debeat, si coronari optat. Qui
 tāgit picē inquinabitur ab ea: & qui frequē-
 ter amicorū cupit visitationes, non poterit
 mundus permanere, aut non spiritu infirma-
 ri. Quod vtinā saperent qui religiosam di-
 cuntur agere vitā, quorū nonnulli longē se
 se amplius sollicitāt in negocijs parentū aut
 amicorū agentes in cœnobijs quā dū foris
 agerent in seculo. Nunc enim pro omnibus
 curā gerunt, qui prius vix vnū loquebantur
 alterius cōmodo gratia verbū. O miseri, cœ-
 ci, & surdi, qui nec infirmitatē vestram attē-
 ditis, nec vocationis nobilitatem, nec Do-
 mini vocātis voluntatē. Quid corpore pro-
 dest ab amicis separari, & affectu eisdē ad-
 herere? Quid prodest magna vos certami-
 ne superasse, si post victoriā in manus vos
 traditis

Mat. 10. d.

Eccle. 17. a.

traditis hostium volentes? O quanta hac de re legimus in Vitis veterū illorum sanctorū patrū, quorum sanè cōparatione, non aliud quā inane monachi nomē gerere videmur. Quid prodest mundū deseruisse & postea rursus se mundi curis ingerere? O quā parū sapias quid sit Deo seruire, qui tā impudēter comprobaris mundo velle placere. Quam parū gustas internæ & spiritualis dulcedinis, qui tā es consolationū mundanarū avidus. Quā non capis felicitatem portus, qui nō desiniste immergere fluctibus maris. Pessimū sanè signū & apertum apostasiæ cuiusdā spiritualis argumentū. Captus es & illuderis à dæmone quātūcūq; glorieris de religione. Fornicatores sunt spiritus, quicūq; sunt amici carnis: nec spiritus diu aut sepius cū eis loquitur qui mente euagantur. Vnde qui verè vult viuere spiritu, eum necesse est indissolubiler Christo adhærere, & p ipso omneis deserere affectu in Christo omneis cōplectendo vero amore, nēpe spiritus, quē implere debet orādo cōpatiēdo &c. Hoc est enim odiēdo vere amare. Sit pater tuus quicūq; te instruit in spiritu: sit mater tua omnis doctrina spiritus: sit frater quicūq; eodē spiritu in Deū fertur te comitādo & adiuuādo: sit vxor tua perfecta mortificatio tui ipsius: sint

SANITATE ANIMAE.

sius: sint filij tui gemitus & suspiria, & sitiēs
charitatis exercitium: seruus tuus sit corpus
tuū: amici tui sanctæ virtutes. Hæc est pro-
pagatio monachi, hæc cælestis generatio
quærentium dominum. Qui extra hanc aliã
quærit generationem perdet religionis ve-
rã felicitatem, & incurret mundanorum so-
cietatem: nec spiritualis generationis perci-
piet communionem, propterea quod segre-
get se per vanum amorem. Qui ergo Pa-
tris cælestis vult foueri sinu eiusq; sollicitu-
dine gubernari, cupiat se ab amicis deserere,
gaudeat se ab ipsis obliuioni tradi, rãq; hoc
cupiat feruentius quanto eorum se infestari
affectu sentit amplius. Nec continuo omnẽ
affectũ à se proieçisse sibi persuadeat, si mi-
nus se inquietari sentiat: sed tum solum pro-
fecisse se noscat, quũ contrariũ affectui suo
æquanimiter portat. Sapissime enim mul-
tum affectum habemus ad aliquid, & nesci-
mus priusquã ad contrarium & carentiam
eius veniatur. Hæc præcipuè religiosis di-
cta sint: necesse tamen est vt quatenus fieri
potest religiosos hic emulentur seculares,
scilicet vt si non effectu saltem affectu libe-
ros & amicos deserant, mundum non plus
æquo diligant, ne mentis puritas aut quies
impediatur, diuinum honorem in omnibus
suis

suis amicis ac liberis, & ipsorum salutē vbi
 que desiderent & quærant, nullius piū pro-
 positum relinquendi seculi commutāda in
 melius vitæ aut piū alicuius amplectendi in-
 stituti impediant: vt stulti quidam faciunt
 parentes, qui potius eligunt filios in mundo
 periclitari, quam in monasterijs saluari, & in
 mūdi pompa malunt eos seruire seculo quā
 in humilitate, summo omnium Domino: in
 hoc ipso nec sibi benè consulentes nec suis
 liberis. Verum hac in re debent liberi ipsi
 parentes & amicos suos contemnere, &
 nullo modo ob stultū eorum affectum pi-
 um suum propositum derelinquere, ne
 plus parentes, quam Deum comprobentur
 amare, contra illud quod Dominus ait in
 euangelio. Qui amat patrem aut matrem
 plusquam me, non est me dignus. Ex quo
 conicitur summam esse pietatem, in huius-
 modi impium esse & crudelem, ac tum
 maximè sperandum profectum spiritus,
 quando ipsi caro magis aduersatur, vt se
 in exemplum Paulus dedit, qui vbi lumen
 consequutus est fidei & cognitionis diui-
 næ, continuo non acquieuit carni & sangui-
 ni, cōtra eos qui vt spiritū in se sentiunt piū
 parentes consulere nō dubitāt, eisq; acquies-
 cere malunt quā Patri celesti, in grauissimā

Mat. 10. d.

Gal. 1. c.

Bb iij plerunq;

Hier. Helio
epist. 1.

Huc vsq;
ille.

Iob. 2. 2.

Berna. ser.
2. in do. i.
opus oct.
epi.

plerunq; ipsius ignominiã. Sed aliud nos beatus docet Hieronymus ita scribens. Recordare tyrocini tui diẽ quo Christo in baptis-
mate consepultus in sacramenti verba iura-
sti, pro nomine eius non patri parciturũ esse
non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo
Christum conatur occidere. Ecce donatiũ
quod militaturus acceperas hostilia castra
suspirat. Licet paruulus ex collo p̄deat ne
pos: licet sparso crine & scissis vestibus vbe-
ra quibus te nutrierat mater ostendat: licet
in limine pater iaceat: per calcatũ perge pa-
trẽ: siccis oculis ad vexillũ crucis euola. Sol-
lũ pietatis genus, est in hac re esse crudelem.
Idẽ nos docuit & Christus ipse, dũ in nuptiis
diuinũ exhibiturus opus matrẽ suã visus est
contemnere, dicens, Quid mihi & tibi est
mulier? Super quem locum ita scribit Ber.
Ut quid fr̄s, vt quid sic responder? Vtiq;
propter nos, vt conuersos ad Dominũ iam
non sollicitet carnalium cura parentũ: & ne
cessitudines illæ non impediant exercitium
spirituale. Quã diu enim de mundo sumus,
debitores nos constat esse parentibus. At
postquã reliquimus nos ipsos multo magis
ab eorum sollicitudine liberi sumus.

Breues aliquot pro prospero spiritualis vitæ
progressu admonitrunculæ. 1.

Quemadmodũ

Quemadmodū Dominus iussit filijs Israel, vt sapius recordarentur diei egressionis ex Aegypto, ita frequētius meminisse te conuenit egressionis è seculo, aut singularis vitæ veteris innouationis: sapius ad memoriam reuocare primum illum feruorē ad omne opus bonū paratū, & promptitudinem illā ad aduersa ferenda expositam: vt ex recordatione huiusmodi affectus tuus dum sortē tepescit aut languet reparetur atq; renouetur.

II. Vanitatem mundi sæpenumero mente pertracta, & caue vnquam stes aut figaris mente in eius oblectamentis aut illecebris: Primis semper moribus per conuersionem mentis in Deum viriliter resiste. Nullum ex affectu dato locum curiositati, aut nouarū rerū desiderio: quū per huiusmodi, & per vanitatis & momentaneæ delectationis cōsiderationē mundus sæpe (vti semen) in corde soleat reuiuiscere.

III. Ita mente ab omni re te labora auertere, vt ab inferioribus his trahi merearis ad superna: nec te aliter moribus exhibe, quā si Deus & tu in mundo essetis soli. Et quod minus effectu præstare potes hoc feruidum resarciat desiderium, nunquā ab hoc studio tepescendo, quantūcūq; infirmitate graueris.

Sumptū ex
Specu. mo.
in ope. Ber.

III. Nunquam excidat menti tuæ intentio, nec Dei qua huius te incolam voluit esse terræ, nec tua qua ingressus es religionē, & facilè vinces affectum erga parentes & mundum. Quum enim peregrinus sis super terram & viator, viæ tuæ partem omnimomento vel nolens transigis. Et quum non in aliud quam ut per bonorum operum exercitium Deum ceu parētem, & regnum ceu hæreditatē tibi parares, in terra positus sis: nec ob aliud petatur religio: quomodo, si hæc tepescenti & cessanti succurrant, non acrius te repræhendes & impelles.

Hucusque
quod in
schedis re-
pertum est
ferè posui-
mus.

V. Cogita quod quicquid tibi collatum est, siue id corporale sit siue spirituale, siue terrenū siue cœleste, si non vis abuti, in profectū debes spiritus dirigere. Omnia enim sibi impendi, & ad se transferri cupit spiritus qui ut solus est diuinus & perpetuo māsurus, ita quicquid ad ipsum refertur stabile erit & perpetuū. In ipsum ergo quicquid est in nobis vel donorum vel operationum referendum est: ipsius gratia nihil non faciendum, nihil non ferendū: nihil quod bonū est non sequendum: nihil quod noxium nō fugiendum, quandoquidē hac de re exactissima tandem exposcetur ratio.

VI. In cōgregationibus & ad sacra prebe te ipsum humilē moribus cōpositū & res

uerentē, cogitans præsentēs illos omneis esse summę illius diuinę maiestatis famulos, & ipsam maiestatem esse præsentem: atq; ob hæc omnem congregationē stude cū metu reuereri, tanquā terribilem quandam castrorum aciem Domini exercituum.

VII. Contemptor semper esto tui ipsius: & quantū tua fert imbecillitas, quere ubiq; propter Dei gloriā haberi contemptui. Cōtende semper per omnia perfectus esse sanctorum imitator, in carentia cōmoditatū, in ferendis æquanimiter incōmodis, in seuerā proprii corporis maceratione, in matura grauitate. Proximo vero tuo iuxta Bonauē Bona. turæ doctrinā in huiusmodi cōcedito: neq; tantundē hic expectato ab alijs, quantū à te ipso: quinimo gratulare etiam si alijs solatia præstari & suas eos cōmoditates habere videas, persuasus ipsos talibus esse dignos.

VIII. Quicquid anceps est ad bonū & malū, in partē semper interpretare in meliorem: & oēm increpationē sēper auspicare in teipso. Hoc est, si quid cernas reprehensione dignū in alijs, cogita idē aut certē simile quid in te esse, quod primū debeas reprehendere: atq; ita ex tua imperfectione facilē disces imperfectionē ferre alienam.

IX. Dum diuinis intereres officijs, puta te choris adesse angelicis: simulq; tecū reputa

SANITATE ANIMAE.

quantum illi honoris, quantum reuerentiæ impendant summæ illi & incomprehensæ maiestati Dei: quanto cū tremore, quanto affectu illam laudibus celebrent, adorent & glorificent: & hæc tecum reuoluens omneis aduoca animæ tuæ vires, totoq; conamine stude diuinarū laudum pensum magna cum animi attentione, humili quodam & religioso spiritu exoluere: sollicitè præcauens ne vel minimū quid illic designes leuitatis.

X. Si te sentias maiori quodā ferri amore erga florentem aliquā dictionem, aut erga prædiuitē quempiā hominem, quā ad rē quamlibet aliam, scito huiusmodi amorem non esse à Deo, eoq; protinus illū à te illata etiam tibi vi expelle. Ad hæc disce teipsum plenè cognoscere, omneisq; animi tui affectus benè habere perspectos, impēsius Dominū pro hac re obtinenda obsecrando, ranquam pro eo in quo totius spiritualis profectus sita sit felicitas.

Job. 9.

XI. In omni tua actione metue sollicitus, ne quid agas præposterè: ne quid plus aut minus, aut alioqui secus agas quam oportet, idq; ad exemplum Iob ita dicentis: Verebar omnia opera mea, sciens quod nō parceres delinquenti.

XII. Si te aliquoties aut etiā frequenter
labi

labi contingit in peccata aliqua, seu imperfectiones, caue ob id imbecilliori aut despōso sis animo, aut etiā prostergeris: quin potius quoties laberis, toties resurgens & reatum tuum agnoscens, ad diuinam protinus recurrito impetrandā per suspiria & preces indulgentiā. Præpropera enim illa resipiscencia, & festina à rebus Deo cōtrarijs auersio mirum in modum altissimo est grata: & palam etiā declarat, te nō ex destinata malitia, aut ex diuinæ legis contemptu, sed potius ex imbecillitate naturę delinquere. Porro procrastinatio illa pœnitentiæ sæpenu-mero Deo magis inuisa est, quam ipse reatus. Quippe peccata nihili æstimare peius est quam peccata committere.

XIII. Proinde imperfectionē tuā semper ducito esse grauissimam: & frequenter illā & imbecillitatem tuā apud altissimum damnato & deplangito, conuersationes tibi ob oculos ponens nō tepidorum, sed feruidorum & perfectorū. Imperfectionē verò alienā ne ducito perinde esse grauē: quādoquidem Dei iudicia sunt inscrutabilia: & peccandi procliuitas non est omnibus æqualis, sed nec æqualis est omnibus gratia.

XIIII. Si in vita sancta cupias promouere, puta omnem illum tibi perisse diē, in quo,

SANITATE ANIMAE.

quo, prauo tuo affectui & voluntati nihil vel à te, vel ab alijs illatum est aduersi.

XV. Si iniuriam tibi factam feras æquanimitè, caue hinc tibi placeas, aut laude aliqua te æstimes dignum: sed potius cogita multa te cõmisisse quibus iniurias & molestias cõmerueris hac ista longè atrociores.

XVI. Te ipsum semper habeto pro omnium abiectissimo pessimoq; nec dicito te vnquã in virtutibus promouisse: sed nec te aliquid esse, tibi vnquã persuadeto: & hac ratione maximè tibi demereberis Deum, ipsiusq; opem & gratiam.

XVII. Tempus istuc tuum summo studio caue inutiliter transigas: mentem tuam vide vanis cogitationibus distractam haberas, sed contra, stude semper aliquid piæ & salutaris præstare operæ. Pro grauissima autem habeto iactura, si quid tēporis quantumuis breuis inutiliter expendis perdidisue. Tempus enim vtut vilipendatur nullo tamen potest estimari precio.

Ex Spec.
mo. in ope
sibus Ber.

XVIII. Hodiernum diem composito cum die hesterno, & horam præsentem exige ad horam præteritam, atq; ita subductâ ratione expendito quantum in virtutibus promoueas.

XIX. Si in te operationem aliquam experiaris

periaris diuinæ gratiæ, aut si peculiari aliqua dote præditus sis, illam toto pectore commendato Deo, & tuis diffusis viribus, præcare ipsius gratiæ datorem Deum, vt eam in te dignetur pro optima sua voluntate tueri ac moderari. Time etiam semper ne fortè datæ tibi gratiæ parum respondeas, vt hac ratione in omni diuinæ gratiæ effectu tam interno quam externo constans permanere possis, in humili tui ipsius sensu & æstimatione.

De exercitio lectionis: & quæ sint hic obseruanda.

CAPVT. 3.

Quisquis spiritum suum vtiliter & rectè cupit excolere & exercere, diligens & frequens sit oportet, in sacra mysticorum voluminum & aliorum piarum librorum lectione. Hoc enim pacto primum quidem illustrabitur intellectu ad cognoscendum quid fugiendum sit, & rursus quid sequendum: deinde excitabitur affectu ad diuinum timorè pariter & amorem, postremo à multis liberabitur vanis cogitatibus, qui ocio torpentes mirum in modum infestare, & multarum solent tentionum præbere occasiones. Nā vt impigra & expròpta sit hominis volūtas, nihilominus tamen obseruari

obseruari

obseruari & foueri debet, non secus atq; te-
 nera quædam arbuscula, quam & tutari ab
 incurfibus bestiarum, & cotidianis irrigatio-
 nibus necesse est foueri: maximè quum inue-
 terata illa & praua cõsuetudo multũ adhuc
 sit efficax, & difficulter possit superari. Cui
 etiam accedit, quod hostis noster diabolus
 mille instructus dolis ac fallacijs nunquam
 cesset captare opportunitatem ad excitan-
 dos aut instillandos in pñ hominis animum
 peregrinos aliquos cogitatus aut praua desi-
 deria, quo sic tandem hominem, vel cogita-
 tuũ ipsorum fallacia, vel vehementiũ ima-
 ginationum importunitate quasi vi quadã
 deñciat. Quod sanè non perinde facilè per-
 ficere potest in eo qui se frequẽter sacris oc-
 cupat lectionibus, propterea quod tum ho-
 minis illius sensus tam sint rebus sacris man-
 cipati, vt non facilè possint alia alicũde in-
 stillari. Præterea quantumuis sit quis in Dei
 amore tepidus, quantumuis rudis, quantũ-
 uis tardo ingenio, legendo tamen paulatim
 poterit peruenire ad cognitionem, gustum
 & sensum ipsius spiritus. Hinc ita apud Sa-
 lomonem legitur, Iusti liberabuntur sciẽtia.
 Principiũ enim nostræ salutis est notitia ve-
 ritatis. Quippe citra scientiã nec malũ po-
 test vitari, nec bonum potest adamari. Dũ
 autem

Pro. u. b.

Hansel

autem hic de scientia loquimur, non eā sentimus quæ est rerum subtilium, & communem hominum captū excedentiū, sed salutarem illā dicimus scientiam, quæ est piorū nēpe notitiam eorū quæ necessaria sunt ad salutem: quæ nonnunquā maior est in simplicibus & idiotis, quā in viris magnæ eruditionis. Sed & si quis fortè tam stupido sit ingenio, tanquam infirma memoria, vt vix quicquam vel assequatur vel retineat, haud quaquā tamen ob hoc ipsum erit hoc exercitiū abijciendum: maximè quū in sese sit pia occupatio multas arcens à corde legentis noxias cogitationes: vt fileam interim raro non aliquid menti inhærere multa legentis. Et vt demus aliquē nihil omnino ex lectione reportare, fieri tamen haud potest, quin aliquo vsq; promoueat in spiritu: & aliqua saltem ex parte mundetur, aut gustum quēpiam adsequatur. Nam si vasi quantumuis rimoso aquā infundas, vt omnis liquor perfluat, humiditas tamē quædam aliquādiu relinquitur, & vas ipsum mūdus redditur. Item si vinum aut oleum infundas, nihil interim retineatur licet, remanet tamen odor & humor aliquis, præciosi liquoris reliquæ. Caterum in hoc lectionis exercitio, certæ quædam requiruntur conditiones, nempe

Cc eadem

eandem quæ in sumendo alimento corpora
li fere requiruntur.

Primo loco requiritur pia intentio: nimirū
vt legas & studeas non propter, inuilem
aliquam curiositatē: non propter vanitatē:
non ad leuandū temporis tedium: non ad
acquirendam multarum rerum cognitionē
non ad parandam augendamue eruditionis
opinionē, sed duntax at vt ea inuenias, quibus
& tuæ & proximorum possis consule-
re salutē. Quod si alium spectes scopum, in
ipsa tua lectione seu studio, detrimentū po-
tius senties diuini amoris quam adiuuentū
iuxta illud apostoli. **1. Cor. 8. 2.** Scientia inflat, charitas
ædificat. Tunc enim scientia hominem per
superbiam inflat quando pia caret intentio-
ne & diuino vacua est amore. Quod si tamē
aliquando legere quippiā cupias q̄ animi le-
uet tediū, & solatiū seu voluptatē adferat sa-
cri bibliorū annales sumātur in manus, aut
sanctorū hominū historię: sic tamē vt vbiq̄
quæras quod ad profectū spiritus faciat.
Secundo loco in lectione necessarius est de-
lectus quidam legendorum, & librorum: ni-
mirum vt ea legas quæ maxime sunt tibi ne-
cessaria, aut si atui tuo cōgrua: & ne te occu-
pes euoluendis libris impijs, obscenis vanis
aut inutilibus, vbi nihil inuenias nisi vana:
cuiusmodi

cuiusmodi sunt historia belli troiani, gesta
 caesarum aut regum, & id genus alia, in qui-
 bus ferè plus mali quàm boni offendas: & vn-
 de nullam aut certè permodicam vtilitatè
 haurias. Nullum autè discrimè est, siue homi-
 nem quempiam vaniloquum auscultes, si-
 ue nugaces legas codices. Cæterum librorū
 piorum atq; vtilium duplex potest adsigna-
 ri genus, iuxta duplicem quem in nobis ope-
 ratur effectū & fructū. Alij enim potissimū
 instruunt, indicātes quid fugiendū, & quid Genus di-
 sequendū: alij vero magis excitāt, emolliūt dascalicon.
 & inflāmant, ad perficiēda quæ nouimus fa- Genus ex-
 ctu esse necessaria. Vtrūque autè iuxta nobis horti facto
 est necessariū. Intellectum enim nostrū ne- opus est.
 cesse est per doctrinam erudiri & illustrari:
 voluntatem vero nostra necesse est ad vir-
 tutem amplexandā per pias exhortationes
 aliaq; incitāmēta inflāmari. Quæ duo adeo
 sibi mutuo gaudēt in homine cōiungi, vt si
 alterū prorsus desit, alterū sit futurū inutile
 imo etiā perniciosum. Quāquā interim id
 maximè tibi amplectendum, quo magis te
 opus habere cognoueris, seu q; minus tibi
 senseris adesse. Veluti si sufficiēti polles sciē-
 tia, sed min⁹ quā par est habes feruoris, lege
 potissimū quæ excitare te possint. Quod si
 vero voluntas ipsa satis sit accinēta & ad

diuinum obsequium accensa, sed parum aut nihil interim suppetat intellectui scientiæ, ad genus cōfugas doctrinale, ea potissimū lecturus quæ te rectè instituunt. In genere tamen consultius semper fuerit eos euoluere codices, qui simul vtrinq; conferunt gratiã: videlicet, qui legentem & instruât simul, & ad virtutem accendant: qualia ferè sunt antiqua illa scripta doctorum veterum.

Tertio loco requiritur certus quidã & debitus legendi & studēdi modus: quo cauetur ne vno eodemq; tēpore plura legantur quã sit benè expediens. Nã quemadmodū in redundantiori eduliorum sumptione alius cibus concoctionem impedit alterius: ita etiã lectio plura, deuorare cupiens quam expediat intellectum hominis effundit, & obtundit sensus, eoque alia impediuntur ab alijs. Insuper ex debito seruato legendi modo fiet, vt legas humiliter, præsertim contextū scripturæ sacræ: qui plerisq; in locis lōgè aliud videtur sonare foris, quam latens sensus cōtineat intus. At hæc scriptura sacra plus vbi que tegit mysterij & arcani sensus quã foris prima facie videatur prætere. Hoc aut scrutari & inquirere, & retrusos quosq; sensus ingenio eruere haudquaquã spectat ad indoctū vulgus, aut ad hominem quēlibet laicum:

laicum: quū hoc præstare peculiaris cuiusdā
 eisq; peculiariter in hoc à Deo prouisis. Ne
 gari quidem non potest scripturam traditā
 esse in salutem omnium: res quoq; est explo
 ratissima Christum Iesum à suis sermonibus
 exclusisse neminem, nec doctum nec indo
 ctum: sed neq; legibus aut edictis quisquam
 arcetur à lectione sacrorum voluminū : ex
 his tamen non consequitur lectionem bibli
 orū omnibus esse vtilem ac necessariam. Ex
 his item colligi haudquaquā potest omneis
 ex æquo debere aut posse suo ingenio pene
 trare scrutari & intelligere reclusos scriptu
 rarum sensus ac mysteria: quū Christus ipse
 in historia euangelica manifestè ostendat
 contrarium, turbis ipsis loquēs per parabo
 las, vt videntes non videant, & audientes
 non intelligant: seorsim aut apostolis arca
 na omnia edisserens, ac dicens, Vobis datū
 est nosse mysteria regni cœlorum, illis autē
 non est datum. Quibus palam ostendit, do
 num hoc intelligendorum, & per Spiritum
 sanctum edisserendorum diuinæ scripturæ
 secretorum, non nisi peculiaribus concedi
 amicis. Itaq; omnibus quidem cōcessum &
 licitum est sacras bibliorum historias lege
 re, textumq; arcanae scripturæ euoluere, quo
 videlicet dum à cōcionatoribus, aut ab alijs

Luc. 8. b.

Mat. 13. b.
& Luc. 8. b.

SANITATE ANIMAE.

viris eruditiss scripturam audiunt explana-
ri aut adduci, rectius sic eandem possint in-
telligere. Velle autē sibi vindicare scriptu-
ræ sacræ tractationem & explanationem,
quibus id datum non est, nephas est & teme-
rarium. Nam quemadmodum codices me-
dicam rem tractantes pro omnium quidem
scripti sunt iuuanda sanitate, & tamen con-
sultū non est eos ab omnibus passim tracta-
ri: & quemuis velle suæ valitudini ex illo-
rum lectione consulere: quū ad hoc ipsum
præstandum longum requiratur multi tem-
poris studium & multa opus sit industria, lō-
goq; exercitio: atq; adeo artem ipsam ple-
nius oportuerat didicisse: ita etiā scripturæ
sacræ omnium quidē seruiunt salutē, at non
ab omnibus passim volunt tractari. Adde
quod nullum ferē sit opificiū quamuis vul-
gare & apprehensu facilē, quod non prius
necesse sit per magistros tradi ac doceri.

Simile.

Huc etiam accedit, quod quū Deus frumē-
tum ipsum concesserit in cibum & necessa-
riam sustentationem omnibus omnino homi-
nibus, omnibus tamē & singulis concessum
nō est semina illa eo vsq; adaptare, vt cibus
esse possint. Neq; enim omnium est arare
serere metere: non omnium est frumenta
paleis excutere: non omnium est molere: nō
omnium

omnium est panē coquere, sed diuersa hæc à diuersis ad ipsa præstanda idoneis habent exerceri, priusquam frumentū ipsum aptū esse queat esui, ad præstandum mortalibus nutrimentum. Imo multis etiam parum feliciter caderet, si eo duntaxat pane vterentur, quē ipsi sibi suis manibus adaptassent: aut si in ægrotationibus ijs duntaxat pharmacis vterentur, quæ ipsi sibi ex libris conquisissent atq; aptassent. Ad hunc sanè modum plerisque pessime cædit, qui diuinas literas non solum audent legere, verum etiā temerè præsumūt iuxta suum sensum & intellectum, (qui interdum aut perpusillus est, aut obfuscatus) tractare & explanare, atque ita in abominandos labuntur errores, sicuti hisce temporibus (proh dolor) plurimis cernimus vsu venire, qui non verentur adserere sibi tā adesse reduntem & efficacē Spiritū Dei, quā fuerit olim in sanctis ecclesie doctoribus quauis eruditione & vite sanctimonia præstantibus. Verū quidē est Spiritū sanctū æque semper esse potentē, verū suas dotes non impertit omnibus æqualiter sed differenter alios vberius alios contractius sua dignatur gratia, & diuersis pro suo arbitratu munera partitur diuersa.

Nam alij quidem (inquit apostolus) per

Cc iij

Spiritū

SANITATE ANIMAE.

Cor. 12. 3.

Spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundū eundem Spiritum, alteri vero fides in eodem Spiritu: alij gratia sanctorum in vno Spiritu: alij operatio virtutū, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonū &cæ. Fieri ergo potest, vt qui pusillus est dilectione, magnus sit peritia atq; intelligentia scripturarum, & ediuerso, qui excelsus est amore, & sanctimonia, pusillus sit (quod ad ipsum attinet) intellectu aut perspicacitate ingenij. Quod sanè ita diuinæ visum est sapientiæ, quo in nobis tueatur alacritas & augeat amorem humilitatem, aliasq; virtutes. Dum enim in alijs dotem aliquam cernimus quā nō agnoscimus in nobis. hinc non iniuria de nobis ipsis humiliter sentientes nos ipsos submittimus. Rursus dū quod ipsi nos docere haud possumus docemur ab alio, aut in quo ipsi nobis auxiliari haud possumus auxilio subleuamur alieno, tū dubio procul non mediocriter incitamus ad adiutorem illum adamandum etiam impensius quam fueramus amaturi, si ipsius ope haud eguissemus. Hæc pro eo dicta sint, quod studium & lectio scripturarū debeat esse humilis, omni posita temeritudine, arrogātia & supercilio, vt ne nobis persuadeamus quasi

iniqua

p. 333

mus quasi

mus quasi omnia pro nostro Marte propria que industria rimari & assequi possimus, præsertim in literis sacris : sed intellectum scripturarum ab ijs petamus, qui pias parum consuluere aut consulere possunt à sanctis doctoribus traditas elucidationes. Præterea rudioribus consultius duxerim, vt potissimum legant dilucidos scripturarum explanatores, & pias tradições petitas ex scripturis sacris per eos quibus Deus hoc doni peculiariter impertiuit, quo breueis quasq; & obscuras scripturæ sententias fusioribus verbis valuerunt aptè explicare: sicuti in duria coquorū ex paucis cibus rudibus & crudis, varia adaptare nouit delicata fercula, longè iam naturæ accommodatiora & salubriora, quam fuerant prius vtpote cibi adhuc rudes crudi aut incocti, quales primū ipse nobis largitur Deus.

Necesse est præterea vt literarū studiosus legat & studeat cū sedulitate deuotione & ardenti quodam affectu, quasi vehementi quadam tractus esurie ad capiendū animæ suæ cibum: deinde vt quasi masticando & ruminando pabulum ipsum mēte reuoluat, pertractet, & benè discutiatur, quo pacto aliquid sibi illinc adsumat, vel ad suam salutē, vel ad proximi pertinens instructionem.

Quamobrem

SANITATE ANIMAE.

Quamobrem opere precium fuerit sollicitè
 diuini Spiritus opem implorare: tam ante
 inchoatam quam post lectionem finitam.
 Ante lectionem orabit sibi impertiri suffici-
 entem intellectus capacitatem & memoriã,
 ad intelligendum ex illa lectione quantum
 suæ salutis & profectui satis erit: Deinde eti-
 am orabit talem in se conseruari studiij mo-
 derationē ne totum spiritū suū in legendo
 effūdāt, aut obstaculo sibi sit, quo minus mē-
 tem suā liberè semper in Deū possit cōuer-
 tere: id quod magnā sanè requirit sollicitudinē:
 propterea quod facillime libertas & synceri-
 tas mentis soleat impediri aut plicari. Post
 lectionē vero primū cogitabit quā procul
 adhuc absit à sensu & vita eius qui lecta illa
 conscripsit: aut certè à perfectione illa, quā
 lectio illa exoptulat: dehinc precabitur do-
 nari sibi gratiam, qua iuxta lectionē ipsam,
 vitam suam possit moderari, & qua ipsam
 ad animæ suæ possit accommodare profe-
 ctum & utilitatem. Est enim bona instru-
 ctio ut docet Bernardus veluti quidam ci-
 bus: precatio vero ipsam comitans veluti
 potius cibum ipsum in stomacho mentis ad
 concoctionem disponens, & ad nutrimen-
 tum animæ accommodans.

Vide Ber.
 in Can. ser.
 12. g.

De vitæ præsentis incertitudine, & meditatione mortis. Ca. 4

Quoniam

Quoniam pleriq; innato quodam natura vitio sunt admodum tepidi & ignaui: nec facile mouentur aut fluctantur animo ad feruidum exhibendum Deo cultu: & ad ea quæ sunt spiritus: ideo ad excutiendum hunc animi lethargum indicabimus hoc loco & aliud quoddam adminiculu seu medium perueniendi ad exercitium spirituale: nimirum vt sedulo cogitent & perhorrescant vitæ humanæ incertitudinē fugacitatemq; & incognitam illam impendentis & ineuitabilis mortis horā. Hæc est enim vera sapientia, hæc veri christiani philosophia, cui toto pectore debet vacare, nepe vt per mortis meditationē ad mortē sese præparet: & prius mori discat quam moriatur: ne si mori prius non didicerit moriatur infeliciter & pereat in perpetuū. Vnde Climacus, Sicut inquit panis inter alia alimenta est continuè necessarius corpori, sic memoria Dei & mortis super oīa est necessaria aiæ. Et rursus idē memoria mortis est mors cōtinua: memoria exitus animæ est cōtinuū suspiriū. Mors est inquit cōtinua, q̄a operatur in homine cōtinuā sui ipsius mortificationē, & mūdi huius contēptū. Cōtinuū est suspiriū, quia reprimit omne ineptū gaudium mūdanūq; omne excludit solatiū. Hac de re quidā veterū illorū patrū in vltimo vitæ sus

Climacus
 gra. 6.

Ex Climaco,
 sumptum
 gra. 6.

SANITATE ANIMAE.

constitutus spiritu, talem protulit sententiã
 dicens. Nullus qui senserit memoriã mortis
 poterit peccare. Generat enim in homine
 mortis memoria inuictum quendam feruo
 rem, efficacem sollicitudinem, accinctam
 promptitudinẽ, amaram compunctionẽ,
 & peruigilem custodiam. Nec sanẽ mirum,
 quũ nihil sit post mortẽ reparabile. Etenim
Eccle. 11. b. Si ceciderit lignum (inquit ille) ad austrum
 aut ad aquilonem: in quocunq; loco cecide
 rit, ibi erit. Si post vitæ huius excessum ma
 lè nobis fuerit: si quid tum fuerit omissum:
 si tibi cessatum, si quid secus factum quam
 oportuit, non erit vnde poterit resarciri aut
 emendari. Nulla tum trãscribendarũ litera
 rum suppetet copia: quibus mandari pote
 rit amicis, vt facta reficiant, aut quod per
 perã factum est emendent. Proinde tanto
 maiorem vnũquẽq; necesse est suæ salutis
 gerere sollicitudinẽ, quanto minus post fata
 superest remedij, quantoq; ignotius est tem
 pus hinc demigrandi. Nescio enim (inquit
Iob. 32. d. Iob) quam diu subsistam: & si post modicũ
 tollat me factor meus. Quippe qua hora
Luc. 12. e. non putatur filius hominis veniet: Id quod
 eidentius cotidiana nobis declarat experiẽ
 tia, quam quæuis possint demonstrare scri
Gre. ho. in pta. Vnde beatus Grægorius, Horã inquit
euang. 13. in vltimã
fine,

ultimā Dominus noster idcirco voluit nobis esse incognitam, vt semper possit esse suspecta: vt dum illā prauiderē non possumus, ad illā sine intermissione præparemur.

Nemo enim, (quandoquidem omnibus teste apostolo constitutū est semel mori) (hanc horam potest effugere). Heb. 9. 27.

Horum o amice lector si exactam velis subducere rationem, facilē iam te ab omni vindicabis inertia: facilē mundana contemnes solatia: facilē carnales aduersaberis voluptates: facilē prauas rerum fluxarum vinctes concupiscentias: & vt semel dicam omnia, facilē omnem calcabis prauitatem & malitiam. Nemo enim facilē rebus implicabitur mundanis, qui benē expēdere nouerit vitā hanc nostram temporalē, nō aliud esse quā fumū & vaporē ad breue tēpus apparentē, iuxta beatū Iacobum: aut ventū iuxta sententiā Iob.

Cæterum breuitati & fugacitati vitæ præsentis ex aduerso æternitatem oppones vitæ futuræ, siue in terribili illa gehenna agenda, siue in beata regni cælestis patria. Ah homo, tecum ex animo reputa quā iam optarent infelices illi vel vnā sibi præstari horā dignæ subeundæ pœnitentiæ, qui tã perditē indulto olim tempore sunt abusi, in vanitatibus, obsonationibus, stultitijs, carnalibus

Iaco. 4. d.
Iob. 7. b.
Memento
inquit quia
ventus est
vita mea.

SANITATE ANIMAE.

nalibus solatijs. Quid iam illis profunt inania illa oblectamenta? quid pro illis recipiunt, nisi intollerabiles cruciatus? Rursus quid pijs nocuit modica illa adsumpta poenitentia, pro qua iam gaudium possident perennes? O quam admirandam dexteram excelsi mutationem in ipsis cernere est: dum qui hic abiecti, inglorij, inopes & miseri fuere, ibi summis cumulantur honoribus, & gloria coronantur perpetua: contra vero qui hic precelsi, magnifici opulenti, & felices fuere, illic omni priuantur gloria & felicitate, & cum magna ignominia supplicij deputantur eternis, qui olim parum aut nihil interdum veriti sunt abiecti in hoc mundo sortis homines afflictionibus & molestijs afficere.

Quomodo quisq; in meditatione passionis dominicæ exercere se debeat. Cap. 5.

Est & aliud quoddam argumentum mire efficax ad excitandum in incipientem feruorem spirituale, frequens videlicet recordatio passionis mortis & pro nobis effusi sanguinis Christi Iesu. Huc enim fideleis quosdam in fide rudiores pellicere & adhortari cupiebat beatus Paulus, quum diceret. Et ego quum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiae annuncians vobis testimonium Christi: non enim

1. Cor. 2. 8.

enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christū Iesum & hūc crucifixū. Hoc ergo sit fidei candidatis cotidianū studiū, hæc sit sapientia, hæc philosophia, crucifixū Iesum toto pectore sitire: ipsius dirā passionē cordis penetralibus insculpere: mortis Christi causam modū & acerbitatē iusto libramine trutinare. Nam vt Christus passus est iuxta partē sui inferiorē, nēpe iuxta carnē, diuinitate ipsa omnis doloris nescia, ita imperfectiores quiq; tanquā adhuc carnales & sensuales potissimū circa Christi corpus & passionē versari debent, vt Christo cōpatiētes vna cū ipso cruci possint cōfigi, ac sic tandē admitti ad intelligendas, vidēdas & gustandas res cœlestes & diuinas. Eum dubio procul Christus Iesus haud dedignabitur solari, qui ipsius afflictionibus ex animo nouerit cōpati. Ei ostendet diuinitatis suæ thesauros incōparabiles, quē tanta erga se amoris flāma conspexerit ardere. Sit proinde cuiq; animę, vna cū spōsa mystica, desiderabilis ille spōsus Iesus myrrhæ fasciculus: cōmoretur Can. 1. d. inter spōsæ suæ vbera, quo sic vniuersa spōsæ curentur vulnera. Sicut enim populus Exo. 21. b. israeliticus à serpentibus morsus, æneo illo conspecto serpente, quem Domino iubente in deserto erexerat Moses, ab omni protinus

protinus

protinus sanabatur vulnere: ita quisquis à serpente læsus est diabolo, facile condonationem merebitur criminū, & ab omni citius curabitur plaga peccatorum, & virulentarum suggestionū, si ob oculos sibi proponat in cruce pendentem Dominum Iesum, eiusq; deuoto atq; attento corde meditetur amarissimas afflictiones. Huius quoq; rei figura præmonstrata est in lege veteri, in eo quod sub ipsa omnia ferè mundarentur per adpersum aut effusum sanguinem: quodq; nulla fieret peccatorum remissio, nisi virtute effusi cruoris. Sic enim & nunc nulli omnino contingit peccatorum remissio, nulli vera datur sospitas animæ, nisi per sanguinem agni incontaminati Christi. Qui vt est nobis data redemptio, qua sine in libertatē adseritur nemo, ita idē factus est iustitia & sanctificatio, ita vt nihil in nobis habeamus iustitiæ aut pietatis: nihil mereamur boni, nō deniq; potiri possimus salute perpetua, sine ipsius meritis, à quo quicquid in nobis est virtutis, meriti, & salutis, suā trahit originē. Itaq; tota salutis nostræ fiducia in merito collocanda est passionis Christi, nec alibi nostræ spei anchora figenda est, quam in libertate illa filiorū Dei qua nos Christus Iesus gratuito suo fauore dignatus est. Et
hac

Heb. 9. f.

1. Cor. 1. d.
Eph. 2. b.

Rom. 9. d.

hæc fiducia semper in nobis immota persi-
 stere debet, tam in vita quam in morte, nec
 vllius debet criminis magnitudine labefa-
 ctari. Præterea quum continuè proni simus
 ad vitia, atq; adeo cotidie peccemus, neces-
 se est etiam cotidie recordemur eius passio-
 nis, cuius virtute & à commissis culpis ex-
 purgamur, & præseruamur committendis.
 Meritis enim passio Christi habetur indi-
 gnus, qui ipsam in suo corde portare negli-
 git. Contra vero quoties quis ipsam mente
 reuoluit, toties aliquam animæ suæ maculā
 diluit. Et quoties quis sincero affectu, vnige-
 nitum Dei Filium crucis affixum patibulo
 Patri suo cœlesti cū gratiarum actione of-
 fert, toties sanctæ oblationis munus sibi ali-
 quod parat. Est autem hæc passionis domi-
 nicæ recordatio veluti saluberrima quædā
 medicina, non solū sanans & à peccatis con-
 seruans, verum etiam in virtutibus corrobo-
 rans. Nihil enim ita ad virtutem incitat: ni-
 hil æque hominem ad peccati detestationē
 cogit: nihil sic in virtutibus progredi facit:
 nihil ita mundi huius cōtemptum adducit:
 nihil ita proximi operatur salutem: nihil sic
 emollit cor rigidum & saxeam: deniq; nihil
 ita hominis animum cœlestibus donis præ-
 parat & dignum facit, vt intenta possionis
 D d Christi

Cāt. 3. b.

Christi meditatio. Proinde ad hanc nos hortatur Dominus quū ita in Canticis spōsæ suæ ait. Pone me vt signaculū super cor tuū: vt signaculū super brachiū tuū. Quod qdē tūc adimplemus, dū redēptoris nostri vitā passi onēq; & nostræ infigimus memoriæ, & moribus actionibusq; conamur exprimere, corde ipsū laudātes, & pijs operationū officijs ei obsequētes. Est quoq; hæc passionis Christi meditatio exercitiū tale, vnde innumera nobis proueniant bona. In primis. n. per hanc nobis illustrat̄ intellectus. Nec mirū: quū ipse q̄ passus est lux sit mūdi illuminans omnē hominē venientē in hūc mundū: in quē quisquis intēderit mētis suæ oculos, luminis ipsius claritate illustrabit̄ corde, non secus atq; lucis huius corporalis vtēs beneficio illuminat̄ in reb; extrarijs. Deinde vt paucis dicā, nullū est exercitiū, q̄ magis hominē & deterreat ab inhonestis, & excitet inducatque ad virtutē, quā dominicæ passionis meditatio. Quis. n. superbiat, si Christū intueatur sic se se ad mortē vsq; deſcientē? Quis iracundia æstuet, si Christū cōtēpletur p̄ inimicis suis orantē? Quis ita induruit, vt nō emollescat, & ad rātæ humilitatis exemplū nō sese deſciat. Quis frangatur impatientia, in iactura pecuniæ aut famæ, in cōtumelijs, in iniurijs in iniustitijs, in morbis in aduersitatibus, in

Iohan. 1. b.

afflictionib⁹ si ob oculos sibi pponat Iesum crucifixū, q suā reliquit hereditatē: q à suo relictus est parente, & ab omnibus amicis: qui inter duos latrones suspensus est medius: q consputus, illusus, toto corpore laniatus, & vltimo sic in cruce est extensus vt nullū mēbrū, nullus omnino sensus fuerit expers doloris? Quis ita occalluit, quis ita obduruit, quis ita in adamātis naturā degenerauit, vt ad horū memoriā nō inhorrescat: nō se à vanitatibus abducatur: nō se ab inepta lætitia & ab omni prorsus iniquitate custodiat? qui se nō accommodet ad imitationē tā preclari exempli: qui se nō transferat ad piā vitā in pœnitentia transigendam: secū reputās prorsus esse indignum mēbrum aliquod affluere de licijs, caput verò vndiq; sauciari? Atqui natura cōparatū est, vt vno dolente mēbro, doleat & cætera omnia. Vnde si quis Christi recogitās afflictionē ipsi nō cōpatitur, metuendū illi est, ne expers sit corporis Christi, & ipsius Spiritu nō viuat: sed à corpore sit alienus, & per peccatū aliqd' vita priuatus: vt nō iniuria cēseri debeat induratus, impius, ingratus, deniq; & carēs sensu. Neq; enim verē christianus esse potest, q huiustātī beneficij cotidie nō recordatur: q tantus Dominus tam abiectis impendit creaturis, tamque malè de ipso meritis. Ad hæc quum

SANITATE ANIMAE.

Rom. 8. e.
2. Cor. 1. b.

Paulus dicat, Si compatimur & conglorificabimur: & rursus, Sicut socii passionū estis sic eritis & consolationis, valdè metuendū, ne tandem cum ipso habituri non sint partem in gloria cœlesti, qui hic occupari recusat in ipsius passionis meditatione. An tu qui tam adamantino & auerso a Deo es corde, arbitraris te felicissima ipsius fruiturum præsentia? cui iam graue est vnicam cotidie horulam (ad diuinum in te excitandū amorem) in ipsius occupari passione? Porro qui afflictionum Christi memoria vna cū ipso affligitur, & cōtristatur, non minus gratum illi exhibet obsequium, quam si in sua passione magno ipsum affecisset solatio. Et qui studiosus est dolorum Christi cōtemplator, non minori donandus est premio, quam si ipsi Christo in suis doloribus fuisset coniunctus.

Cæterum omneis exercitiū huius effectus & fructus quis queat explicare? Per hanc meditationem anima hominis arctissimo quodam vinculo amoris cōiungitur Deo: & in summa innumeris ab ipso decoratur virtutibus. Etenim qui Christi commiseretur nuditati, ab ipso vestiri meretur indumentis virtutū. Qui vna cum Paulo in suo corde portat stigmata Domini Iesu, omnē mundi læticiam

Galt. 4. d.

Jæticiam habet pro tristitia, & afflictione.

Quomodo enim vanis caperetur gaudijs, aut levis esset moribus actionibusque, qui assidue propemodum in dominica versatur passione, cum sponsa habitans in foraminibus petrae, in caverna maceriae? Ad quam sanè cavernam ideo sponsus aduocat suam sponsam, quod ibi sit schola virtutum, cubiculum spiritus, umbra salutis, sub qua anima ipsa protegitur refrigeratur, & ab omni aestu praeconcupiscentiae conseruatur. De qua etiam sponsa ipsa loquitur, Sub umbra inquit illius quae desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Venite ergo omnes qui laboratis, & hic inuenietis requiem animabus vestris: Venite qui onerati estis onere imperfectionis, & hic alas querite diuini amoris, vna cum Dauide dicentes, Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo & requiescam. Alae quaedam sunt animarum nostrarum, passa illa Christi in cruce brachia. Ad hos confugere habes, dum mole aliqua premeris peccatorum, ita cum propheta exclamando, Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas. Ad has item crucifixi alas confugere debes, quoties insultibus agitaris tentationum.

D d iij ita

Cant. 2. d.
Surge pro-
pera amica
mea, specio-
sa mea, &
veni colum-
ba mea in
fora. p.
Ibidem.

Cant. 2. a.
Mat. 12. c.

Psal. 54. b.

Psal. 56. a.

SANITATE ANIMAE.

Pfal. 16.

16. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Sap. 16. c.

16. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ge. 26. c. d. e.

Iesa. 12. a.

ita cū eodē propheta dicendo, Sub vmbra
 alarū tuarū protege me, à facie ipsorū qui
 me afflixerunt. Inimici mei animā meā circū
 dederūt, &c. Mentis enim eleuatio in domi
 nicā crucē, iucundū est in tētationibus refri
 geriū, atq; adeo fuga est impugnantū nos
 inimicorū. Quā ob rē tū maxime debet pñ
 hominis animus, ad crucifixū Iesum ipsiusq;
 dolores recogitandos toto se affectu cōuer
 tere, quod homo in ipsis tētationibus (si mo
 do strenuū hic præstat bellatorē) Christo sit
 afflictione coniunctus. Ad hāc meditationē
 nemo pius admittitur sine fructu gustu & p
 fectu, propterea q; cibū in se cōtineat cœle
 stē, habentē omne delectamentū, omnisq; sa
 poris suauitatē. Incipientibus quū argumen
 tū ingerat cogitationū vtiliū, genus omne
 profligat cogitationū inaniū: quibus nōnul
 li mirū in modū infestantur. Interdū etiā ab
 undantiā confert mellis & lactis, nouū quē
 dā & dulcē gustū præbens rerū spiritualiū.
 Hic enim salutare illi putei reperiuntur,
 quos sibi fodiētes antiqui illi populi israeli
 ci patres magnis sunt cumulati diuitijs. Hic
 viux illæ aquæ scaturiunt, de quibus loqui
 tur Iesaias dicēs, Haurietis aquas in gaudio
 de fontibus saluatoris. Proficientibus hæc
 ipsa meditatio incitamentū est indefessi pro
 gressus:

gressus: dū videlicet rememorantur quam
 promptē ipsos præcesserit in suis afflictio-
 nibus Christus. Quin & antidothus illis est
 aduersus omneis animi morbos & languo-
 res: insuper & efficax subsidium ad obtinen-
 dum omne bonum. Nā dū vident & intelli Iohan. 12. e.
 gunt Christū sursum à terra in crucē sublatū
 omnia trahentē ad seipsum, incitantur & ip-
 si ad terrena hæc ex ipsius amore relinquēda
 Cæterū perfectis lōgè etiā vberiorē utilita-
 tum prouentū adfert hæc crucis Christi cō-
 templatio, quemadmodū manifestē cerne-
 re est in multis sanctorū historijs. Legimus
 enim nonnullos per hanc meditationē tan-
 tam cōsequutos fuisse gratiā, & ad talē per-
 uenisse diuini amoris saporē, & sensum, vt
 nonnunquā propter diuini cuiusdam feruo-
 ris redundantiam veluti extra sese raperentur
 in Deū. Sic enim hæc gratia illos afficiebat,
 vt ex perfectis, lōgè redderet perfectiores.
 Proinde quisquis cū mystica spōsa ditari cu-
 pit fructib⁹ spiritus, scrutari studeat abstru-
 sas quasq; huius sacrosactæ crucis virtutes,
 semper sollicitus ad inueniēdā dulcedinē in
 amplexib⁹ crucis: semper inhians illis capes-
 cedis fructibus, illoq; hauriēdo vino, de qui-
 bus sponsa in Canticis loquitur dū ait, Ascē-
 dā in palinā, & apprehendā fructus eius: & Cāt. 7. e.

D d iij erunt

SANITATE ANIMAE.

erunt vbera tua sicut botri vineæ. Verū nos qui adhuc in religione pusilli sumus, sublimia relinquentes sublimibus, ad imperfectiores docendos transeamus.

Quod industria quadam & cautione opus sit ei qui se salubriter exerciturus sit in piis meditationibus.

Cap. 6.

Qui rudis est & crudus, parūq; adhuc pijs meditationibus assuetus, & ad hoc dominicæ passionis exercitiū se cupit transferre, cautè & prudenter huc accedat oportet, & inchoare debet ab infimis. In primis ergo contextū ipsum euoluet dominicæ passionis, siue iuxta vnū duntaxat, siue iuxta euāgelistas omnes: & ex ipso intelligere discet passionis ipsius acerbitatē, idq; per sensibile aliquod exemplū, quo sic efficacius in se compunctionem & compassionē excitet. Expendet ergo iuxta Bernar.
Bernar. doctrinā, quis sit qui patitur, quā sint acerbata quæ patitur, ex quanto amore patitur: & quis ex tali passione sequutus sit fructus. Qui patitur Deus simul & homo est: nimirū omnipotētis Dei vnigenitus Filius, per quē condita est hæc admirāda mūdi fabrica & vnicus & verus filius virginis Mariæ: totius humanæ creaturæ flos & decor. Hic quum & iniusta pateretur & immania, pro suis

suis tamē orauit inimicis & crucifixoribus.
 Tanta autem & tā crudelia passus est, quan-
 ta alicui hominū possunt infligi: siue suppli-
 cium ipsum spectes, siue contumelias, siue
 passionis modū siue causam. Passus est enim
 mortē omnium acerbissimā probrosissimā
 & iniustissimā. Adde etiam quod ea ætate
 passus sit, quæ est homini media, eoq; florē-
 tissima: deinde etiā eo corpore quod nobi-
 lissimæ ac tenerrimæ esset cōplexionis: quæ
 cruciatum reddiderunt acerbiorē: vt sileam
 interim, quod in sua afflictione omni fuerit
 destitutus solatio tam interno quam exter-
 no, vnde aliqua ex parte dolor potuisset mi-
 tigari. Nam quanquā esset vtrunq; & De-
 us scilicet & homo, nullum tamen diuinitas
 præstitit humanitati solatium aut refrigeri-
 um: quum tamen de multis legamus sanctis
 martyribus, quod nonnunquā in suis tormē-
 tis tantū experti sint diuini solatiij, vt infli-
 cta ipsis pœna non perinde videretur cruci-
 abilis. Verū hoc ipsum assertori nostro in-
 dultū non est: quemadmodum & ipse mise-
 rabili vocē clamando apertē manifestauit
 dum dixit, Deus meus Deus meus, vt quid
 dereliquisti me? Cogitabit præterea ex quā
 to amore, quanta cū humilitate & animi to-
 lerantia ea omnia passus sit, quo nos miser-
 rimos

Mat. 27. f.

SANITATE ANIMAE.

rimos à perpetua eximere damnatione, exē
 tosq; perpetua regni cœlestis bearet gloria,
 nusquā cōquerens, nusquā mussitās, nusquā
 responsans aduersus Patrē suū cœlestē, qui
 huc ipsum demississet : sed nec vindictā ex-
 poscēs in seuisimos liētores aut mortis suae
 autores: deniq; nec querelas agens de huma-
 ni generis (pro quo tanta patiebatur) ingra-
 titudine. Horū ergo atq; aliorū similia di-
 ligentē rationē inire debet, quo in sese exci-
 tare possit syncerū erga Deū amorē, & gra-
 tū diuinā virtutū saporē. Sed hic notāter
 animaduertendū, quod quisquis ad verū cu-
 pit huius exercitiij peruenire fructū, sedulus
 semper ac strenuus esse debeat in officio, nec
 vnquā ob molestiā aliquā aut defectū piij af-
 fectus ab ipso cessare. Quandoquidē memi-
 nisse oportet hūc tantū thesaurum haudqua-
 quā esse parabilē, nisi magno sudore & lōga
 ac diligenti inquisitione. Quanquā interim
 nullus omnino labor huic rei impensus suo
 carebit prāmio, quamlibet is sit exiguus: &
 vt parum etiā feliciter quis in hoc negocio
 versetur, omniaq; videātur cruda, arida, in-
 sipida. Dominus enim piū conatum magis
 spectat, quā dignitatē aut perfectionē nudi
 operis. Quinimo labor ille sine piij affectus
 sensu, & cū molestia quadā seu tedio exhibi-
 tus,

tus, maiorē interdū mercedē meretur apud Deū, quā labor cū cordis voluptate exhibitus: modo tamen molestia illa & pñsensus inopia non nostra culpa, sed Dei permissione accidat. Neq; enim nostra cōpassione ipse eget, sed neq; expetit nostrā compunctiōnē principaliter: quippe q̄ plerunq; gratius habeat humilē cōpassionis desiderū, quam ipsam cōpassionē: sed voluntatē à nobis requirit & operam: cæterū dulcē illū saporē, tanquā mercedē quandā nobis impertit nostri laboris, vbi ei ita visum est. Illa ergo vt præsternus gnauiter nobis & indefesse sudādū est: maxime quū opus quoddā sit misericordiæ, quod Deus magis exposcit à nobis quā officia illa pietatis proximis exhibendādū facultas suppetit. Porro cōpassione & sensibili cordis cōpunctiōne affici non omnibus datū, sed nec cuiquā præceptum est. Amor. n. noster q̄ & Deū tenemur & proxīmū diligere, haudquaquā necesse est sit affectiuus & sensibilis, vt in sermone quodā tradit beatus Ber. sed necesse est sit propensus ^{Be} effectiuus seu actiuus & officiosus. Veluti si ^{Cat. 3. 4.} quis calamitosum quēpiā mēdicū cernat: & ex horrore quodam, aliqua tangatur auersione animi: nihilominus tamen, (quomodo Deus misericordes esse præcipit, & ratione equitasque id expostulat:) effectū ipso

SANITATE ANIMAE.

subsidium ei præstet pro sua facultate: etiã si dulcem illum in se non sentiat affectũ, charitati proximi satisfacit, quæ potissimũ in propensa voluntate & opere, non autem in dulci sensu & recordatione animi sita est.

Neq; enim subito in flammã erumpit, ignis ipse dilectionis dum iam accenditur, ita vt mox etiam cor inflammet per dulcem sensum, sed vt ignis iste corporeus priusquam conflagret longa nonnunquã eget insufflatione: & multũ interim euaporat tetri fumi, ita & ignis hic spiritualis, diu multis exerceri & strui pietatis officijs desiderat: & frequẽtibus vult precibus pñsq; cogitationibus insufflari, priusquã in vehementem & accendẽtem flammam erumpere queat. Ad hunc autẽ ignem firuendum & vehementius accendẽdũ debet quisq; maxime religiosus summo studio incumbere: propterea quod aduersarius noster diabolus, & rursus naturæ nostræ infirmitas, magnũ nobis hac in re faciunt negotium, cotidie nobis cogitationes impias & praua desideria ingerẽtes, quibus veluti aquarum infusionibus dilectionis ignem moliantur extinguere. Quare nihil magis necessarium quam sedulum & cõstans studiũ in ñs rebus cogitandis, & animo euoluendis, quæ mentem hominis ad amorem pos-

rem possent accendere: vt sunt Dei ingētia beneficia, veluti nostri creatio, creaturarum in nostrum vsu in obsequium & vtilitatem productio, nostri redemptio, præparatę nobis glorię certa promissio. His ergo & alijs similibus cogitandis mentem suā debet ad-
suefacere, quisquis aduersario cupit præcludere viam, ne cogitationes aduersas nobis possit ingerere: qui nec noctu nec interdum quiescit, semper machinans etiam dormientibus imaginationes sordidas vanas mundanas aut impias instillare, quo hominis mentē oppleat, aridā ac prorsus ineptam reddat rebus diuinis. Quisquis autē constanter hic sese continuerit in officio, semper studens quod in se est, vel corpore atq; ore huic sese exercitio accommodare, quando id mente non potest, sentiet tandem diuinam gratiā in se velut aurorā ascendentē, & paulatim magis magisq; excrescentem: deinde etiam quo diuturniorem hoc vberiore hac in re experietur sensum intellectum & saporem: atq; ita tandem reddetur diuina ope facillimū, quod prius fuerat difficile & molestū. Quanquam interim cauere debet ne supra vires suas desudet ad obtinendā sensibilem hanc compassionem: ne videlicet, plus satis in hac re sese torquēs, propter indiscretionē suam.

SANITATE ANIMAE.

suã cerebri aut sensuũ perturbatione sibi cõ
 ciliet. Quandoquidẽ vt sapiens ait, Qui ve
 hementer emũgit elicit sanguinẽ. Ita quoq;
 indiscreta sui exercitatio hominẽ nõnunquã
 reddit ad omnẽ diuinũ cultũ ineptũ. Quũ
 enim eiusmodi sensualis adhuc sit, imperfe-
 ctus, & parũ in diuinis rebus exercitus in ip-
 so statim vestibulo cauere sibi debet à labo-
 re & conatu immoderato, intẽperato, & im-
 modice prolixo, id secũ reputans quod suo
 fratri dicebat, patriarcha laacob, quũ vna
 cũ vxoribus, liberis, pecoribus & vniuersa
 familia domum repeteret, Nosti inquit
 domine mi q; paruulos habeam teneros: &
 oues & boues foetas mecum: quas si plus in
 ambulando fecero laborare, moriẽtur vna
 die cuncti greges. Precedat dominus meus
 ante, seruũ suũ: & ego sequar paulatim vesti-
 gia eius, sicut videro paruulos meos posse.
 Hic quoq; sciẽdũ q; Dominus noster novos
 religionis tyrones, in ipso statim exordio
 dulci qdã iucũdã pietatis lacte nõnunq; edu-
 care soleat, hoc pacto ad ipsos efficacius pel-
 liciẽdos, gustũ quẽdã præbẽs eius gratiẽ quã
 post multos exantlatos labores amicis suis
 impertire cõsuevit. Verũ hac in re summa
 cura sibi cauere debent à duobus. Primũ ne
 in eiusmodi cordis dulcedine nimiũ acquies-
 cãt, nec plus æquo p ea tuẽda sint anxij: sed

10. d.

Gen. 33. c.

neq; nimirū tristetur, aut in diuino obsequio torpescat, dū hāc gratiā non sentiūt: sed vt ipsam in arbitrio cōstituāt Dei, siue eā tollere velit, siue cōcedere. Deinde sibi cauere debent ne propter hāc dotē per philautiā sibi placeant, aut magnificē de se sentiant, quasi propter dulcē illū quē in se sentiunt affectū ceteros in diuino amore & gratia excellāt: quū nō in hoc summa christianæ religionis & amoris sita sit, nec hinc debeat æsumari. Nā vt canibus nōnunquam de cibis dat filiorū: & vt famulis interdū ministrat ex mensa dominorū, idq; nō ex suis meritis, sed ex vltronea liberalitate dominorum: ita Deus hanc dulcedinē nōnunquam minoribus amicis indulget vberius, præstantioribus vero impertit contractius. Hic ergo meminisse oportet eius q; sapiēs ait, Nō agnoscitur in bonis amicus, & nō abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius, in tristitia & in malitia illius amicus agnitus est. Ad hūc modū & Dei amici dinoscūtur non ex sensu illo spiritualis dulcedinis, sed ex tolerantia potius rerū tristiū & aduersarū, & ex diuini solatij destitutione. Et sæpenumero maioris meriti est improbus ille ad adsequēdum diuini amoris sensum labor, etiam citra conatus successum, quam demulcens illa affectio

Sumptum
est hoc ex
trac. de vita
solitaria q
Bernar. ad
scribitur
circa med.

Eccle. 12. b.

SANITATE ANIMAE.

affectio vltro veniens citra hominis operā.
 Multis enim de causis huiusmodi sensibile
 gratiam Deus nō semper homini impertit.
 Nam quemadmodum maritus nonnunquā
 vxorem suā deserit, vel ad probandā ipsius
 dilectionem, vel ad explorandā ipsius fidē,
 vel ad ipsam dilectionem augendam instau-
 randamue: (quæ ferè resarciri augeri & re-
 nouari consuevit, dū qui diu absuit maritus
 rursus ab vxore recipitur:) ita quoq; & Do-
 minus non raro facit, sicut testatur per pro-
 phetam dicens. Ad punctum in modico de-
 relinqui te: & in miserationibus magnis con-
 gregabo te. In momento indignationis ab-
 scondi faciē meam parumper à te, & in mi-
 sericordia sempiterna misertus sum tui.

Iesa. 54. 6.

De ratione distribuendi temporis, & dirigendū
 dorum affectuum, aliquot præceptiones

Dem tibi partes in certa horarum spa-
 tia, cuilibet diei parti sua designata
 actione, certamq; tibi rationem præ-
 scribes, iuxta quam totā vitæ tuæ se-
 riem per singula temporis spacia in preci-
 bus in meditationibus & in alijs exercitijs
 modereris. Sub vesperam compositurus te
 ad quietem diligenter discuties occidui iā
 diei conuersationē, sollicitè subducta ratio-
 ne omnium verborū actionum cogitationū.
 Sifat

Si sat feliciter celsit diei cursus ages summo numini immensas gratias. Sin secus: vtpote si in aliquod te deprehendis prolapsus esse crimen, mox apprecaberis reatus tui veniã, certo tibi sumpto proposito, deinceps tibi ab illo et alijs peccatis sollicitius cauendi, diuina etiã inuocata gratia, quæ te in tuo proposito fulciat & cõseruet. Hæc si facias, ad profectum te adducet: sin minus, non est quod arbitreris te feliciter in proba vita progressurum.

Sæpius salutabis sanctissimam illam virginem, Dei genitricẽ Mariã et teipsũ peculiãriter ei cõmendãs necessitatem tuam eidẽ insinua nec vllũ sinas preterire diẽ, quo non aliquod ei ipendas obsequiũ. Deo quoq; sũmas age grãs quod illã tãtis cumularit dotibus ac priuilegijs. Præterea quicquid agis boni, id deo offeras per Mariã. Nullus enim ab ea recedit nõ cõsolatus, qui humiliter ad ipsam cõfugit desolatus: nee vllus suarũ precũ perdit fructũ, qui sincero deuotõq; pectore ei exhibet obsequiũ. Citra ipsam non est q; tibi pollicearis in virtutib; progressũ: quãdoquidẽ ita visum est altissimo, vt quicquid mortalibus decreuit impertire per manus transfundere velit genitricis suæ Mariæ. Nulla re alia citius diuinum tibi conciliaueris fauorẽ,

E e ris fauorẽ,

SANITATE ANIMAE.

ris fauorem, quam per exhibitum sanctissimæ matri ipsius honorem.

Deliges insuper tibi peculiareis aliquot sanctos, quos singulis diebus aliquo venereris obsequio, vt & ipsi curam gerant tuæ salutis: preces tuas offerant diuino conspectui: commissa tua apud altissimum excusent: & ipsorum condonationem tibi ab eodem impetrent: vt talibus ipsorum suffragiis in spiritu possis promouere. Ex singulis autem ordinibus vnum aut alterum tibi deliges, hosq; tuæ impressos memoriæ frequentius inuocabis. Dignum enim est vt sollicitè eorum ambias amicitiam, quibus cum perpetuam cupis habere consuetudinem.

De variis diaboli tentationibus, & quibus armis illis resistendum. Cap. 7.

NE quis autem fallatur arbitrās in sancta vita summam se reperiturum pacem, maxime quum scriptum sit, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, sciat se ad certamen potius vocatum quam ad pacē, iuxta illud Iob, Militia est vita hominis super terram: memineritq; quid acciderit filiis Israel proficiscentibus in terram repromissam: nempe quot hostib; fuerint obiecti, quot bellis fuerint agitati. Transmissuris enim Iordanem
duo

Psa. 116.

Iob. 7. 8.

Num. 21. 6.

duo statim hostes dati sunt, quibus cū erat
 conficiendum, Iordane vero iam transmis-
 so, longè plures & atrociores occurrerunt ^{Iesui 6. 7.}
 expugnandi aduersarij. ^{& 8.} Qua in re indicatur
 quod is qui profectui accingitur virtutum
 nō paucos debeat expectare & sustinere ad-
 sultus & confictus: & vbi altius progressus
 est certamina mire debeat nonnunquam pri-
 oribus longè plura & maiora. Habent ergo
 tyrones sua certamina, eaq; tanto molestio-
 ra, quanto minus pugnare, & prauis naturæ
 concupiscentijs oblectari sunt adsu eti. Pro-
 inde quisquis diuino se tradere cupit obse-
 quio, necesse est accingat sese ad pugnam:
 nec minus se ad ineundum confictum dis-
 ponat, quam ad capiendum cibum & potū.
 Hoc tamen interest inter certamen imper-
 fectorum & certamen perfectorū, quod im-
 perfecti resistere potius debeāt aduersarijs,
 quam ipsos adoriri aut inuadere: perfectio-
 res vero, non modo oppugnātib; oblecta-
 ri habent, verū etiā cessantes aggredi & in-
 uadere debē, etiā ab ipsis nō prouocati. Sed
 ne quis forte arbitretur hoc mei capitis esse
 somniū, audi quid Paulus, audi quid hac de
 re dicat sapiēs. Paulus enim, Omnes ait qui ^{2. Tim. 3. c7}
 piē volūt viuere in Christo Iesu persequuti ^{Eccle. 2. c9}
 onem patientur. Sapiens vero, Fili inquit
 E e n̄ accedens

SANITATE ANIMAE.

accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & prępara animam tuam ad tentationē. An nō hęc nostrę palā suffragātur sententię? Vnde sat scio multa te extranea inuasura, quibus necesse est cōstanti & infracto animo resistas, si promissam perseueranter certantibus cupis emereri coronā. Quia vero suggestio diabolica duplex est, interim apertam suadens nequitiam, interim occultam, & specie aliqua pietatis personatā, ideo aduersus illam hortatur nos sapiens stare in iustitia, ad quod opus est fortitudine: aduersus hanc vero iubet stare in timore, qui est initium sapientię, & hominem studiosē quærere facit ipsam virtutem, eundēque pręcibus insistere facit ad obtinendam diiudicandarum suggestionum peritiam, in quibus nonnunquam transfiguratur se satanas in angelum lucis. Nonnunquam enim blandum se exhibet, nonnunquam apertē iratū. Nonnunquam viam salutis super modū facit angustam, quo videlicet hominem ab illa absterreat, & in desperationem mittat: nonnunquam eandem super modum facit latam, quo hominem liberius peccare, & exigua contemnere faciat. Nonnunquam ante actę vitę ingerit prosperitatem & voluptatem, quo hominem eodem rursus inflectat:

Psal. 110.

fleat: nonnunquam exempla ingerit eorū
 qui incontaminatam & sanctam vitam du-
 xerunt vel citra eiusmodi regulam, institu-
 tum aut viuendi genus, cui te forte manci-
 pasti, quo te ab apprehensa viuendi norma
 desciscere faciat. Nonnunquam cognatorū
 & dulcium amicorum recordationem, aut
 mundi huius bona suggerit: nonnunquam
 varijs vexationibus conscientiam angustat,
 quo vitam religiosam reddat fastidiosam.
 Nonnunquam vitia ob oculos ponit fami-
 liarium, quo ipsius familiæ, loci aut institu-
 ti tædium & fastidium inducat, sicq; per in-
 constantiam hominem reddat inquietum,
 spem aut desiderium ingerens conditionis
 aut loci obtinendi longè præstantioris.
 Nonnunquam sollicitat per pusillanimita-
 tem, aut desperationem. nonnunquam con-
 tra per magnanimitatem philautiam, arro-
 gantiam aut temeritudinem. Nonnunquã
 mentem dilatat fucata religione, nonnun-
 quam mentem hominis adeo coangustat,
 vt vix vnquam liceat ad Deum respirare.
 O quam instructam habet ad pugnam aciẽ:
 quam est varijs munitus armis, quam innu-
 meris instructus ad decipiendum artibus:
 quam multipharia habet pharmaca extin-
 guendis animabus composita: sicuti admi-

E e iij rando

SANITATE ANIMAE,

Vide Vitas
patrem.

ando quodā ostento demonstratū legimus
sancto cuidā viro nomine Machario. Huic
enim visus fuisse scribitur satanas lineoami
ctus pallio, eoq; lacero & foraminibus ple-
no: quib⁹ inserta erāt diuersa vascula, diuer-
sas portiones habētia: quibus onustus diabo-
lus in fratrū se ingerebat collegiū, vt cuiq;
id p̄pinaret, quo maxime quēq; credebat in-
ficere aut extinguere. Atq; hęc omnia agi-
tat callidus impostor, vt vnūquēlibet Dei
famulū seu famulā in obsequiū pertrahat su-
um, aut certē vt impedimentū ei præstet ne
in via perfectionis proficiat. Quamobrē nō
iniuriis felix ac beatus cēsendus est, qui ip-
sius nec metuit terriculamēta, nec mouetur
blanditijs: sed vtrinq; armatus inter prospe-
ra pariter & aduersa pertrāsit illæsus, vtpo-
te radicans & fūdatus super inconcassam
petrā Christū. Etenim quæ super hęc petrā
fundata est domus, nullis poterit dissolui
aut deijci ventis imbribus aut procellis. Ve-
runtamen quo certior sit certaminis victo-
ria: & hostis ille noster possit superari felici-
us, paucula quædam hic indicemus admini-
cula seu media, quibus id commodē fiat: &
callidus ille impostor turpiter concidat. Pri-
mo loco ante omnia necessarium est, tibi ca-
ueas ne fiduciā habeas in tuis ipsius viribus,
industria

Remediū

industria aut ingenio: sed vt spem omnē at-
 que fiduciam colles in sola ope omnipo-
 tentis Dei, ipsam tibi in omnibus tentatio-
 nū incurſibus implorādo. Citra hanc enim,
 vt etiā quis fit fortissimus & sagacissimus,
 nihil aliud est in ferocissimum atq; astutissi-
 mū diabolū, quam homo fit in brutā pecu-
 dem. Iuabit quoq; mirū in modum, si dum ^{2. remediū}
 quis sollicitatur signo se munit crucis, bre-
 uibus aliquot prolatis verbis seu preculis,
 veluti Ecce crucem Domini: fugite partes
 aduersæ: aut Per signū crucis de inimicis no-
 stris libera nos Deus noster. Quod quidem
 remediū quanquā non perinde sit cōmune,
 in omni tamē tentationis genere, vt aperte
 tradit Ioannes Gerson, mirā habet efficaciam ^{Gersoni}
 Tertio singulare quoddam fuerit aduersus ^{3. remediū}
 omnes callidissimi insidiatoris suggestio-
 nes remediū si quis conscientiam suā & se-
 cretos animi cogitatus suo pādat confessa-
 rio, aut spiritali patri, ipsi usq; per omnia
 hac inre sequatur cōsiliū: q; non secus am-
 plecti debet, quam si illud ab ipso acciperet
 Deo. Quarto mirū in modū pfuerit, si qs in ^{4. remediū}
 omnibus suis tentationibus tribulationibus
 & molestijs quas omnino nō potest ppulsa-
 re & euadere, armet sese virtute trāquillę tol-
 leratię, persuasus nullū omnino hominē sal-
 uari absq;

Ec iiiij

uari absq;

SANITATE ANIMAE.

absque afflictionibus & certaminibus: ad hæc contingere potuisse molestias longè grauiores: Deum etiam cum gratiarum actione orans, vt si à molestijs illis liberari non expedit, seruetur saltem ab offensis. In cunctis autem insultibus & angustijs totum sese diuino committat arbitrio, semper tamen interim studens dignè pro suauocatione versari: diuinumq; sedulo implorans auxilium, quo prauam consuetudinem, corruptos affectus, omneisq; satanæ machinas possit perrumpere & cum triumpho superare, ita cum Dauide orando. Vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me? Respice & exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos ne vsquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

Psal. 12. a.

Tyronum in christiana religione alphabetum.

GAPVT. 8.

Clima. gra.
26.

Lectio seu alphabetum cui operan dare debent, incipientes, secundum Climacum hoc est. Perfectum enim incuit alphabetum spirituale incipientium est, obedientia, ieiunium, cilicium, cinis, lachrymæ, confessio, silentium, humilitas, vigiliæ, tolerantia, frigus, nuditas, fames, sitis, labor dolor, infirmitas, miseria, contemptus, contritio

tricio, non reddere malum pro malo, obliuisci iniurie, amor fraternitatis, mansuetudo, fides simplex & firma sine curiositate quæstionum, abdicatio curarum seculi & propriæ carnis, odium parentum & propriæ patriæ & loci deliciosi, non habere affectum vitiosum ad se aut ad alium domesticum, aut ad aliquam rem, simplicitas cum innocentia, mortificatio propriæ voluntatis, & amor vilitatis. Hæc ecce lectio est incipientium breuis quidem verbis, sed proluxa sententijs: quarum etiam nonnullas in præcedentibus copiosius tractauimus & explicuimus. His ergo trutinandis, his exprimendis studiosè debes incūbere. Non quod omnia necessario sint exprimēda: sed quod omnia humiliationes quædam sint, & congrua adminicula tyronum proficere uolentium ad perfectiora. Iam hoc loco animo meo charissimè amice, diligenter lancibus examina, num vere iam inceperis: num in superdictis gnauiter te exercitaris. Quandoquidem ipse mihi persuadeo, si in his dictis sedulo essem uersatus, facile me posse peruenire ad perfectionem: à qua tamen longissime me video abesse. Proph pudor: quid dicam? Simul atq; rationē inire incipio præsentis huius lectionis palam depræhendo,

SANITATE ANIMAE.

hendo, Deo obsequi, & ad perfectionem præparare, vix dum me bene cæpisse. Ah ni essem planè obcæcatus & induratus, ipse haud dubiè inhorrescerem, nec minus essem animo consternatus quam ij solent qui post longam nundinationem, magnum se arbitantes fecisse lucrum, subducta tandem ratione deprehendunt se non modo nullum fecisse lucrum, verum etiam mercatus aleam cecidisse infeliciter, atque adeo in ingentia se redactos debita. Sed vt tandem hic finem imponamus primo libro agenti de statu incipientium, sciendum hunc statum initium suum sumere ab humanae mentis ruditate, & consummationem suam habere in perfecta vetustatis hoc est impietatis & prauæ consuetudinis depositione. Incipit enim à conscientia remordentis amaritudine, & desinit in gustu quodam spiritualis læticiae. Incipit in mœstitudine, & desinit in gaudio. Vnde non iniuria hic status à nonnullis via purgationis vocata est, propterea quod sordes omnes expurget ac diluat vitæ prioris: & obstacula omnia à carne surgentia tollat vitæ spiritualis. Porro argumentum quod quis hunc statum feliciter ingressus sit, illud est, si rebus corpori necessarijs vti nouerit sobria

bria moderatione: si parcus sit in sermone,
 & linguam suā rectè cohibere nouerit à ver-
 bis ociosis. Argumentum vero prosperi in
 hoc statu progressus est, si quis sibi impera-
 re nouerit ab iracundia, & irrogatam sibi
 iniuriam didicerit obliuisci & paruipende-
 re. Cæterum argumentum fœlicis in eodem
 hoc statu perfectionis est, si quis eo vsque
 progressus sit, vt magno desiderio cupiat
 & gaudeat iam sese contemni, despici, ex-
 probrari: si afflictione ferat æquanimis ac
 volens: si nullum omnino peccatorem diuis
 dicendo contemnat, sed potius omneis mi-
 seretur. Deniq; indicium quod hi Deo pla-
 ceant & efficiantur grati illud est, si sibi in-
 dies magis magisq; displiceant: si sua vitia
 quo diutius hoc penitius agnoscant, intel-
 ligant & deplorent: si tantam in sese iam
 sentiant mentis ab omni turpitudine auer-
 sionem, quantam prius senserunt ad
 ipsam conuersionem & amorem: ve-
 luti dum tātum iam capiunt bonæ
 voluptatis in exercitijs & actio-
 nibus pijs quantā prius capie-
 bant prauæ voluptatis
 ex rebus actionibus-
 que carnalibus &

impijs

SANITATE ANIMAE.
impis. Ad hæc omnia adsequenda adiuuet
nos Christus Iesus. Amen.

PRECATIO.

O Domine Deus, qui hoc mihi gratuita tua bo-
nitate in animum induxisti, ut saluberrimū
hunc incipientium statum amplecterer, tui
etiam adiutorij mihi concessa fiducia: fac ob-
secro ita maiorum me inherere uestigijs, ut nunquā
à meo diuellar instituto: neq; hinc per pusillanimita-
tē, neq; illinc per temeritudinē, fastū aut arroganti-
am, sed ut te ductore, te directore uia ingrediens re-
gia, ita hoc currā gradu incipientiū, ut tandē adse-
qui merear proximū huic gradū proficiētū: sic usq;
in uirtutibus progrediens ut ubiq; interim humiliā
de memet sentiam, ne quo pacto contingat per fa-
stū aut per neglectum seu cessationem, profe-
ctum meum impediri sicuti fere usu uenire
consuevit ijs qui sibi in profectu uirtu-
tum immodicē blandiuntur: à quo
morbo à te pientissime Deus
oro conseruari, ut & hic
tua gratia, & in
futuro dignus
haberi me-
rear tua
gloria.

Societatis Jesu Amē. Paderborne.
FINIS.